

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76

[S.l.], [18. Jahrh.]

Liber 11

[urn:nbn:de:bsz:31-108646](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108646)

Titulus 1.^{muy}De interrogationibus in iure faciendis,
et interrogatoriis actionibus.

Q. 1. Quae sunt actiones interrogatoriae? R. Cum
+ alia saepe difficultate posset intelligi ex

R. sunt illae, quae olim ante iudicium fiebant ut
sciret actor, an et ex qua parte posset actione
in personam competentem aliquem convenire. v. g.
si quis petitione hereditatis voluisset intentare
et dubitaret, num reus possideat iure cum inter-
rogabat, utrum et in quantum possideat, et si pos-
sideaat, ex qua causa an ex testamento & post-
modum autem iuxta qualitatem confessionis cum
eo iudicium institui poterit. Verum hodie huiusmo-
di interrogationes non sunt amplius in usu.

Q. 2. an non igitur ulla sint hodie admissae
interrogationes? R. usitatum est lite contestata
vel post interlocutoria ^{interrogationes} proponi praesertim
in examine testium. v. g. utrum testis de causa contro-
versa non fuerit locutus cum producente, ~~non~~
et c. ⁱⁿ causa victoria optat C. vid. Engel. ~~de~~ n. 42.
et seqq. de testibus.

f. l. 2.

Tit. 2.

De quibus rebus ad eundem iudicem eatur?

Ad Hunc titulum R. Quoties causa continentia sic
exigit, vel ratione personarum, vel ratione causae
vel ipsarum rerum, ut si inter plures duplicibus iudiciis
sit agendum, idem iudex sumendus est, quo facilius
in eundem locum convenire possunt l. 1. h. et praestat
per pauciora quid fieri, quam per plura. hunc
titulum proferunt in iure Can. de foro compul-
sitae de multis petitionibus, ubi de reconventionibus tra-
ctatur.

Tit. 3.
De reconventionibus

De seruo corrupto.

Q. 1. Contra quem datur actio serui corrupti?

R. aduersus eum, qui alienum seruum receperit
dolose malo corrupent, quanti ea res est, in
duplum. l. 1. ff. h.

Q. 2. Quid sit recipere et corrumpere? R.

Recipere est refugium abscondendi causa seruo
praestare, corrumpere vero est persuadere, ut aufu-
gat C.

Tit. 4.

De seruis fugitiuis

Per adictum de seruis fugitiuis, coercentur
qui seruos fugitiuos celant tit. hie. Caeterum
ad felios et Monachos interpretes, hunc titulum
applicant. Struv. h. thes. 52.

Tit. 5. 1

De aleatoribus.

Q. 1. Cur alea lusus prohibetur? R. quia
otiosi et pecuniarum occasione praebet. l. fin. C. h.

Q. 2. an nullo casu ludere licitum sit?

R. de se minima arg. l. ult.

Q. 3. an actio competat ad exigendum, quod
in alea amissum est R. neg. adeoque quidem, ut
si quid solutum sit, repeti possit etiam post
30 annos l. 1. C. h. l. 1. ff. h. porro nomine alea-
rum veniunt omnes lusus fortuiti. Verum
videndum est num in certis locis contra consue-
tudo non vigeat, et iam diu obtinuerit.

Tit. 6.

Si mensuram falsum modum dixerit.

Hae. actio tractari potest post ^{judicium} finem ^{in factum}

Lib. II

9 dolo vel
lata culpa

reguadorū, cum ejus sit pedisequa. Porro
dabatur olim hac actio lapsi adversus men-
sorem & falsam mensurantem renuntiantem:
v.g. si 10 agri jugera retinere debuisset, illi
et ille tantum 6. vel 7. renuntiasset, et
per hoc damnificasset eos, quorum intererat,
genuinā mensurā fecisset.
cum per hoc venditorem v.g. damnificasset, ideo
is adversus mensorem hac actione agere potuisset.
Hac actio nō transibat ad heredes, nec ul-
pa levis praestabatur: licet mensor aliquod re-
muneratiōem accepisset: sed idq. ob artis suae peri-
tiam et dignitatem. Sed hodie tanta non
est mensorum vel dignitas vel artis peritiam,
quo minus eorum opera locari et merces
accipi possit. Hinc inutile est separatu-
formare titulum, is enim spectat ad
operarii locationem, unde heredes mensorem
quoq. tenentur ad refusionē casionis, et levis
levis etiā culpa praestatur.

Tit. 7.

De religiosis, et sumptibus funerū
et ut fang ducere liceat.

Præter rubricam tria continet membra,
quorum primum est de locis religiosis
alterum de sumptibus et expensis fune-
rum, et tertium ut fang ducere liceat
id est, ut nemo impediatur à sepeliendis
defunctorum cadaveribus. Ceterum hujus
tituli elucidatio pluribus videri poterit in
colligiis nostris Jur. Can. l. 3. §. 28 de
sepult.

De mortuo inferendo, et sepulchra
aediando

Hic titulus duplex habet membrum, unum est, quo impeditur inferre mortuum in locum, quo jus sepeliendi habet, actione in factum pro suo consequendo interesse, vel interdico prohibitorio contra impediendum ubi potest, *vid. C. 1. ff. h.* * Alterum est consistit in refectione, vel etiam aedificatione monumenti in loco, ubi quis jus humandi habet: hinc si alicui propterea impedimentum moveretur, similiter interdico prohibitorio adversus p. impediendum ubi potest. * Hic incidenter nota mulierem gravidam mortuam non esse sepeliendam, nisi prius partu exfecta fuerit *C. 2. ff. h.* quia contra partu adhuc vivere potest.

Liber 12

Lib. 12.

Titulus 1

De rebus creditis si certum petatur et de conditione.

Q. d. quid significet creditum? R. generaliter omne, quod fide habita alteri debetur in q. huius autem significat mutuum *C. 2. ff. h.*

Q. 2. quid sit mutuum? R. est datio rei pondere, numero, vel mensura constantis eo animo facta, ut statim fiat accipientis cum obligatione, ut alia ejusdem speciei et solutatis postea reddatur.

Dicitur si datio, seu traditio rei, quia contractus iste in perficitur, et consequenter est realis.